



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Perpendiculum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A tur, quæ cur à Latinis telamonas vocari nonnulli dicunt, & antiquis architectoribus & nobis in compertum est: si cui tamen ariolari licet, *τελαμώνας* scimus esse lora, quibus sustinetur cypeus, quibusq; brachium infertatur, atque etiam vinculum, quo ensis vel appenditur, vel manui nonnunquam, ne vehementiori aliquo excutiatu icu, adalligatum: quare crediderim à sustentando de sumptum nomen: *τελός* enim *πλοῦσας κη* *τλήναι* est, quod pati & tolerari Latini dicunt. Illud super Atlante vulgatum, gestare eum humeris universam mundi machinam, de quo Maro,

Telamonas.
En, lib. 6.

Ubi califer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Inde scilicet fabula conficta, quod is omnium primus Solis & Lunæ cursus, syderumque omnium motus, ortus, & occasus, certa quadam moveri lege deprehendisse creditur, eaque diligenter observata mortalium usui promulgasse. Quod vero pro Atlantibus Bovilla etiam capita fieri solita dicebamus, vidimus id apud Melinos Romæ: habet enim Petrus compater meus Bovillum caput athenum quatuor circiter unciarum magnitudine, pulcherrime fabrefactum, eo gestu, ut aliquid omnino sustentasse videatur, de quo tamen alibi diximus.

Auctor Tezæ bistr. lib. 1. Cibi liade 5.

DE PERPENDICULO. CAP. L.

Quando vero in hæc ædificiorum opera provecti sumus, quid sibi velit etiam Perpendiculum, explicemus.

ÆDIFICATIO, VEL POSITUM. CAP. LI.

Ædificationem, vel positum aut constructum opus, per id appensum linea, libratumque, denotabant. Nullo enim pacto erigi possent ædificia, nisi facierum, angulorumque recitudo per perpendiculorum indaginem exploraretur: eaque præcipua est observatio in ædificiis molliendis, ut structuræ omnes perpendiculo respondeant, neque proclinationes, ut vocabulo utar Vitruvia no, in partem ullam habeant.

Perpendiculi forma docet G. Philander in Vitruv. lib. 6. c. 11. Et 7. c. 3.

RECTUS TENOR. CAP. LII.

Transit & ad res alias id significatum, & ad perpendiculum amussim adjiciunt, cum quid undecumque & quoquo versum delibratum directumve significare voluerint: utriusque enim nomen est, ut justus tenor, ipsaque recitudo adinveniat. Sed perpendiculum in iis deservit, quæ surrigenda sunt: amussis, & planis, & obliquis, & omnibus denique uniuscujusque corporis lateribus, per quæ recta linea fuerit deducenda.

Ad amussim, id est, recte, per se, natura sive Do-ricum pro-verbium.

DE CARDINE. CAP. LIII.

Ad fabricam omnino pertinet cardo: quare si quid super eo dicendum sit, hoc potissimum loco differendum.

AUTHORITAS VEL REI SUMMA. CAP. LIV.

Habet vero significatum ab eo munere, quod in valvis, ostiisque sustinendis præstat, ita ut nunc dignationem, nunc auctoritatem, nunc rei summam significet, ex arbitrio scilicet aut ministro, cujus res unaquæque pendeat, cuique rerum pondera innitantur. Hinc in litibus & causis tale aliquid appellatur cardo, à quo scilicet tota persuadendi ratio pendere videatur, quove omnia congeruntur argumenta: sitque status is, circa quem tam rei quam accusatoris conatus omnis undecumque exerceatur.

Ad perpendiculum, exacte, absolute, natura sive Cardinis significatio. Huc alludit Virg. Haud tanto cessante cardine eorum. En, lib. 1.

CARDINALES SACERDOTES. CAP. LV.

Habet & pietas nostra dignationis gradum à cardine nuncupatum. Nam veluti cardines in ostiis admittendi excludendique arbitri videntur, ita illi admittendorum exigendorumque operum, quæ ad Christianam faciunt pietatem, concessamque summo Pontifici auctoritatem potestatemque tuendam, auctores honorificentissimi perhibentur. Fratres hos appellat Pontifex M. decretaque omnia, legesque in comitiis istius ordinis perlata, de consultatione eorum, tametsi omnia per se possit, sancire se profitetur. Is enim honos eis habetur, ut hujusmodi sententiarum rogationes in acta summa cum fide referantur.

